

Año VI. Viernes 10 de Noviembre de 1865. Núm. 28.

# BOLETIN ECLESIASTICO DEL OBISPADO DE OSMA.

Se publica el 1.<sup>o</sup>, 10 y 20 de cada mes. Se suscribe en la Secretaría de Cámara y Gobierno á 6 rs. trimestre. Se vende á real el número suelto. No serán atendidas las reclamaciones de números, pasados 15 días desde la publicación del respectivo. Toda comunicación se dirigirá *Al Director del BOLETIN ECLESIASTICO del Obispado de Osma.*

Despues que, tomada de *El Pensamiento Español*, se publicó en el BOLETIN del 10 de Octubre último la traducción de la Alocucion pronunciada por Su Santidad en el Consistorio secreto de 25 de Setiembre próximo pasado, ha recibido el Illmo. Sr. Obispo el texto auténtico de la expresada Alocucion, la cual es del tenor siguiente:

*Sanctissimi Domini Nostri PII Divina Providentia PAPÆ IX Allocutio habita  
in Consistorio Secreto Die XXV Septembriis MDCCCLXV.*

Venerabiles Fratres.—Multiplices inter machinationes artesque, quibus Christiani nominis hostes adoriri Ecclesiam Dei, eamque irrito licet conatu labe-factare, atque excindere ausi sunt, recensenda procul dubio est, Venerabiles Fratres, perversa illa hominum societas, quæ *Massonica* vulgo nuncupatur, quæque in latebris primum, tenebrisque coacta, in communem exinde per-niciem religionis, humanæque societatis erupit. Cujus insidias ac fraudes ubi primum detexerunt Praedecessores Nostri Romani Pontifices, pastoralis officii memores, nihil moræ interponendum existimarunt, quominus sectam illam scellus anhelantem, multa ac nefaria rei sacrae et publicæ molientem au-toritate sua coercerent, ac damnationis sententia tamquam jaculo confoderent et profigarent. Enimvero Clemens XII Praedecesor Noster Apostolicis suis Litteris eamdem sectam proscriptissit, reprobavit, ac fideles universos ab illa

Cartellano 237

nedum ineunda, sed vero etiam quovis modo promovenda juvandaque deterruit, indicta excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, et per Romanum dumtaxat Pontificem relaxanda. Quam porro justam ac debitam damnationis sententiam Benedictus XIV edita Constitutione confirmavit, summosque Catholicos. Principes haud excitare prætermisit, ut ad convellendam perditissimam sectam, et a communi periculo propulsandam vires omnes curasque conferrent. Atque utinam supremi iidem Principes Decessoris Nostri vocibus aures præbuissent, utinam in causa tam gravi non remissius egissent, nunquam certe fuissent deplorandi nostra patrumque memoria tanti seditionum motus, tanta bellorum incendia, quibus Europa universa conflagravit, tanta denique malorum acerbitas, quibus affictata est, atque adhuc affletatur Ecclesia. Jamvero quum improborum furor minime conquiesceret, recens ortam *Carbonariorum* sectam in Italia præsertim longe lateque propagatam Pius VII Prædecesor Noster anathemate perculit, parique incensus animarum studio Leo XII tum superiores, quas memoravimus clandestinas societas, tum quascumque alias quovis tandem nomine appellatas, quæ contra Ecclesiam, civilemque potestatem conspirarent. Apostolicis suis Litteris condemnavit, atque universis fidelibus sub gravissima excommunicationis pœna prohibuit. Attamen impensa hæc Apostolicæ Sedis studia haud illum habuerunt exitum, qui fuisset expectandus. Neque enim domita, et cohrita nunquam est *Massonica* hæc, de qua loquimus, secta, verum ita longe lateque diffusa, ut difficillimo hoc tempore ubicumque gentium impune se jactet, atque audacius efferatur. Quam rem inde Nos repetendam magna ex parte existimavimus, quod plerisque ignorantia fortasse iniquorum consiliorum, quæ in clandestinis iis cœtibus agitantur, falsa insederit opinio innoxium hoc esse societatis genus, atque institutum, quod in adjuvandis hominibus, eorumque relevandis ærumnis unice versetur, nihil proinde contra Ecclesiam Dei ex illo esse pertimescendum. Id vero quantopere abhorreat a veritate ecquis non intelligat? Quid enim sibi vult illa hominum cooptatio cujuscumque tandem religionis et fidei sint? Quid illa sibi volunt clandestina conventicula, quid severissimum iurandum ab iis prolatum, qui huic sectæ initiantur, nunquam se quidquam patefacturos, quod pertinere ad illam possit? Quo tandem spectat inaudita pœnarum atrocitas, quibus se devovent, si forte a juramenti fide desciscant? Impia certe quidem ac nefaria ea societas sit oportet, quæ diem lucemque tantopere reformidat; qui enim male agit, ut scripsit Apostolus, odit lucem. Jamvero quam longe dissimiles ab hac dicendæ sunt piæ fidelium Societas, quæ in Catholica Ecclesia florescunt. Nihil in eis retrusum atque abditum, patent omnibus leges, quibus reguntur, patent quæ juxta Evangelii doctrinam exercentur opera charitatis. Atque catholicas hujusmodi Sodalitates tam salutares, tam excitandæ pietati, recreandisque pauperibus oportunas oppugnari alicubi, et vero etiam deleri non sine dolore videmus, dum contra fovetur, vel saltum toleratur tenebricosa *Massonica* societas tam Ecclesiæ Dei inimica, tam

periculosa etiam securitati regnorum. Illud vero graviter Nos et acerbe ferimus, Venerabiles Fratres, quod in hujusmodi reprobanda secta juxta De-cessorum Nostrorum Constitutiones, segnes nonnullos esse, et quasi indor-mientes videamus, quos in re tam gravi commissi muneris et officii ratio excitatissimos poscit. Quod si qui in hac opinione versantur, Apostolicas Constitutiones contra occultas sectas, earumque assecelas et fautores sub pœna anathematis editas, nullam habere vim iis in regionibus, ubi a civili po-testate memoratae sectæ tolerantur, ii certe vehementer errant; ac Nos præ-væ hujus doctrinæ commentum alias, ut scitis, Venerabiles Fratres, repro-bavimus, iterumque hodierno die reprobamus et condemnamus. Numquid enim suprema illa pascendi regendique universi dominici gregis potestas, quam in persona Beatissimi Petri a Christo Domino acceperunt Romani Pontifices ac supremum inde quod exercere in Ecclesia debent magisterium, a civili pendeat potestate, aut aliqua ratione coerceri ab illa possit et coarctari? Quæ cum ita sint, ne minus cauti homines, juvenesque in primis decipiantur, ac ne ex Nostro silentio aliqua tuendi erroris arripiatur occasio. Apostolicam attollere vocem decrevimus, Venerabiles Fratres, atque hic in consensu Vestro memoratas Prædecessorum Nostrorum Constitutiones confirmantes, *Massonicam* illam, aliasque ejusdem generis Societas quæ specie tenus diversæ in dies coalescunt, quæque contra Ecclesiam, vel legitimas potestates seu palam, seu clandestine machinentur, auctoritate Nostra Apostolica reprobamus et condemnamus, atque ab omnibus Christifidelibus cajuscumque conditionis, gradus ac dignitatis, et ubicumque terrarum sint, tamquam per Nos proscriptas et re-probatas haberi volumus sub iisdem pœnis, quæ in memoratis Prædecessorum Nostrorum Constitutionibus continentur. Nunc quod reliquum est, pro paterni animi Nostri studio monemus et excitamus fideles, qui forte ejusmedi sectis nomen dederint, ut ad saniora se consilia recipiant, funestosque illos cœtus et conventicula deserant, ne in sempiternæ ruinæ baratum prolabantur; reliquos vero fideles omnes, pro sollicita qua urgemur animarum cura, vehemen-ter hortamur, ut a dolosis sectariorum labiis caveant, qui quamdam honesti speciem præferentes contra Christi religionem et legitimos principatus infiamato odio feruntur, idque unum spectant atque agunt, ut jura quæque tam divina quam humana pessumdent. Noverint, hos sectarum gregales tamquam lupos esse quos ovium pelle contextos ad exitium gregis venturos præ-dixit Christus Dominus; noverint in eorum numero esse habendos a quorum consuetudine, congressuque sic Nobis interdixit Apostolus, ut nec ave illis dicere diserte præceperit. Faxit nostrum omnium precibus exoratus dives in misericordia Deus, ut auxiliante gratia sua redeant insipientes ad cor, er-rantesque in viam justitiae reducantur; faxit ut compresso perditorum ho-minum furore, qui per supra memoratos cœtus impia, ac nefaria moluntur a tam multis, tamque inveteratis malis recreari aliquando tum Ecclesia tum humana societas possit. Quæ ut Nobis ex iotis succedant, deprecaticem apud

clementissimum Deum adhibeamus Sanctissimam Virginem Dei ipsius matrem ab origine immaculatam, cui datum est Ecclesiae hostes, atque errorum monstra confringere; nec non patrocinium imploremus Beatorum Apostolorum Petri et Pauli, quorum gloriose crux Alma haec Urbs consecrata est. Horum ope atque auxilio, quod a divina bonitate flagitamus, facilius Nos assecuturos confidimus.

*Continúa la lista de las cantidades entregadas para socorro de las necesidades del Romano Pontífice.*

	Rs.	Cénts.
<b>SUMA ANTERIOR....</b>	<b>76,703</b>	66
El Illmo. Sr. Obispo, por Setiembre.	300	
D. Amalio Palacio, secretario, por idem.	20	
El Illmo. Cabildo Catedral y Beneficiados, por idem.	484	
D. Juan Sancho, Arcipreste de Roa.	40	
D. Eugenio Iriarte, párroco de Almajano.	100	
D. Narciso Martínez.	20	
D. Casimiro Menezo.	20	
D. Francisco Lopez, Teniente de Valdegeña, por el primer semestre del año actual.	36	
D. Claudio Sanchez, párroco de Villabuena.	100	
D. Francisco Sanz Martin.	31	
D. Lorenzo Moreno.	34	
D. Nazario Perez	31	
D. Eulogio Balbás.	18	
Del Cepillo de Espeja.	8	
D. Anselmo Felipe, párroco de Quintana-Mambirgo.	100	
D. José Cabañes, de Ontoria de Valdearados.	10	
Un vecino del mismo.	19	
Del cepillo de la misma Iglesia.	11,50	
D. Francisco Villanueva, por tres meses.	60	
D. Santiago Gomez, párroco de Zazuar, por nueve meses.	72	
<b>TOTAL.</b>	<b>78,218</b>	16

*(Se continuará.)*

*Materias sobre que ha versado el examen de los opositores en el concurso general á curatos que se está celebrando.*

1. Peccatorum circunstantiae declarandae sunt in confessio-

- ne? mortalia dubia confitenda? aperiendum est peccatum cum infamia complicis? quid de confessario qui nomen complicis exquirit? quæ causæ ab integritate confessionis excussant?
2. Quid est dispensatio legis? quis potest eam concedere in impedimentis Matrimonii? quid requiritur ut valida sit? quæ conditiones necessariæ sunt ut Matrimonium ope dispensationis *in radice* convalidari possit? quid ea est?
  3. Quomodo se gerere debet confessarius, cui pœnitens dispensatus super impedimento dirimente ad Matrimonium contrahendum fatetur copulam in dispensationis impetratiōne reticat? quomodo autem parochus, ad cuius notitiā pervenit ejusmodi copula suorum parochianorum extra forum pœnitentiale? quomodo denique, cum prædictus parochus, ignorans copulam ante Matrimonium, ejus notitiā adeptus est post Matrimonii celebrationem?
  4. Quænam clausulæ Constitutionum Apostolicarum circa confessarium ad turpia sollicitantem? an denunciandus, si jam emendatus fuerit, punitus aut defunctus?
  5. Quæ sunt requisita sacramentalis confessionis ut sit valida? quotplex est integritas confessionis? muti et surdi possunt ne confiteri et communicare etiamsi nesciant legere et scribere? ad quid tenetur parochus quoad mutos et surdos in ordine ad sacramentorum administrationem?
  6. Quænam in furto quantitas generatim ad mortale peccatum requiritur? minuscula furtiva sive uno sive pluribus facta coalescere possunt per modum unius ad gravem constitutandam materiam?
  7. Quid est intentio, quotplex ejus divisio et quænam in ministro requiritur tam ex parte objecti quam ex parte subjecti ut valide et licite conficiat sacramentum?
  8. Quid sit peccatum? an omne peccatum, etiam quod vocatur philosophicum, sit offensa Dei et quare? subjectum peccati et conditiones ex parte subjecti ad constituendum peccatum. Quid sit distinctio specifica peccatorum et quid numerica? unde repetenda distinctio specifica peccatorum, et an peccata intra eamdem speciem commissa sint numero diversa?

## CASUS.

Petrus qui votum publicum emisserat, rem habuit cum Berta ejus consanguinea. Successu temporis cum Maria Bertræ filia matrimonium contraxit, et denique mortua Maria vult Joannam Mariæ sororem uxorem ducere. Quæritur primo: an sit invalidum Matrimonium cum Maria et quotuplici ex capite? secundo: an sit celebrandum Matrimonium cum Joanna et quare?

*El párrafo de traducción para los que han ejercitado á moral está tomado de la parte 3.º capítulo 4.º número 29 del Católico Is. 1.º tecismo de S. Pio V.*

El 20 de Octubre último, dieron principio en la capilla del palacio Episcopal los ejercicios escolásticos, continuando en los días siguientes de 10 á 12 de su mañana y por el orden que acontinuacion se expresa.

D. José Ruiz, párroco de Navaleno, defendió la proposicion siguiente: *Nullum est peccatum quod rite dispositis virtute clavium ab Ecclesia remitti nequeat.* Le arguyeron: D. Eusebio Heras y D. Francisco Vicente Ruperez.

D. Pedro Pico, económico de Santiago de Serón, defendió la proposicion siguiente: *Contritio imperfecta hominem Deo reconciliat in Sacramento Pœnitentiae; perfecta vero extra Sacramentum, non tamen absque ipsius voto quod in illa includitur.* Le arguyeron: D. Cándido García Abian y D. Mariano del Amo.

DIA 21.

D. Norberto Villar, tonsurado, natural de Villarta-Quintana (Calahorra), defendió la proposicion siguiente: *Verbum Divinum naturam humanam, nobis consubstantialem, assumpsit integrum atque perfectam.* Le arguyeron: D. Emeterio Gonzalez y D. Romualdo Ramon.

D. Andrés Rincon, Subdiácono, natural de Ontangas, defendió la proposicion siguiente: *Contritio illa quæ concipitur*

*ex peccatorum gravitate, multitudine, fæditate, amissione æternæ beatitudinis, æternæ damnationis incursum, cum proposito melioris vitæ, est verus et utilis dolor ac præparat ad gratiam.* Le arguyeron: D. Saturio Sanchez y D. Pedro Rubio.

## DIA 23.

D. Eusebio Heras, Presbítero, natural de Berlanga de Duero, defendió la proposicion siguiente: *Spiritus Sanctus vere Deus est, Patri Filioque consubstantialis.* Le arguyeron: D. Francisco Vicente Ruperez y D. José Ruiz.

D. Mariano del Amo, Diácono, natural de esta villa, defendió la proposicion siguiente: *Panis triticeus sive azymus sive fermentatus, est materia valida sacramenti et sacrificii eucharistici.* Le arguyeron: D. Pedro Pico y D. Cándido García.

## DIA 24.

D. Emeterio Gonzalez, tonsurado, natural de Bocigas, defendió la proposición siguiente: *Tres sunt in una divina essentia personæ realiter distinctæ.* Le arguyeron: D. Romualdo Ramon y D. Roque Rodrigo.

D. Saturio Sanchez Gaya, Diácono, natural de Soria, defendió la proposicion siguiente: *Baptismus liber non est, sed omnibus necessarius ad salutem.* Le arguyeron: D. Pedro Rubio y D. Pedro Tejedor.

## DIA 25.

D. Francisto Vicente Ruperez, párroco de Ocenilla, defendió la proposicion siguiente: *Omnis homines resurgent cum eodem corpore, et quidem integro.* Le arguyeron: D. José Ruiz y D. Eusebio Heras.

D. Cándido García Abian, ecónomo de Alcuvilla del Marqués, defendió la proposicion siguiente: *Pœnitentiæ sacramentum institutum est a D. N. J. Cristo ad delenda omnia peccata post baptismum commissa.* Le arguyeron: D. Mariano del Amo y D. Pedro Pico.

## DIA 26.

D. Romualdo Ramon Gonzalo, natural del Barrio de las Casas de Soria, defendió la proposicion siguiente: *Licitac utilis*

*est sanctorum invocatio reliquiarumque veneratio, quibus prop-  
terea honori Dei nihil detrahitur.* Le arguyeron: D. Roque  
Rodrigo y D. Norberto Villar.

D. Mariano Vellozillo, tonsurado, natural de Torrubia, de-  
fendió la proposicion siguiente: *Deus est omnipotens.* Le ar-  
guyeron: D. Ignacio Barona y D. Juan de Mata Güemes.

## DIA 27.

D. Pedro Rubio Ortega, tonsurado, natural de Serón, defen-  
dió la proposicion siguiente: *Confessio omnium et singulorum  
mortaliuum peccatorum post Baptismum comissorum necessaria  
est jure divino, venialium autem maxime utilis.* Le arguyeron:  
D. Pedro Tejedor y D. Andrés Rincon.

## DIA 28.

D. Ignacio Barona, tonsurado, natural de Aguilera (La), de-  
fendió la proposicion siguiente: *Forma Sacramenti Eucharistiae  
est «Hoc est corpus meum.» «Hic est sanguis meus.»* Le arguye-  
ron: D. Juan de Mata Güemes y D. Mariano Vellozillo.

## DIA 30.

D. Juan de Mata Güemes, tonsurado, natural de Tejado, de-  
fendió la proposicion siguiente: *Non tota simul pena cum culpa  
semper remittitur a Deo; sed plerumque, pena æterna virtute  
clavium sublata, pena temporalis manet exsolvenda.* Le arguye-  
ron: D. Mariano Vellozillo y D. Ignacio Barona.

D. Pedro Tejedor, Subdiácono, natural de Valdeande, defen-  
dió la proposicion siguiente: *Extra martyrium parvulis Baptismus  
necessarius est ad salutem necessitate medii, adultis autem non  
tantum medii sed etiam præcepti extra votum et martyrium.* Le ar-  
guyeron: D. Andrés Rincon y D. Saturio Sanchez.

## DIA 6 de Noviembre.

D. Roque Rodrigo Martin, tonsurado, natural de esta villa, de-  
fendió la proposicion siguiente: *Datur futura ac universalis  
corporum nostrorum resurrectio, ex qua quidem immortalia eva-  
dent.* Le arguyeron: D. Norberto Villar y D. Emeterio Gonzalez.